Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



GVOR·I

puerorum grande nimis coram do
mino quia detrahebant homines
sacrificio domini. Samuel autem
ministrabat ante faciem domini puer
accinctus ephod lineo. et tunicam pri
sabat ei mater sua quam afferre
bat et statuens diebus ascendens cum
viro suo ut immolaret hostiam sol
lempnem. et votum suum. et bene
dixit heli helchane et uxori eius et
dixit ei. reddat tibi dominus semen
de muliere hac pro fenore quod co
modasti domino. et abierunt vnus
quisque in locum suum. Visitauit ergo dominus
annam et concepit et peperit tres filios
et duas filias. et magnificatus est
puer samuel apud dominum. Heli ad
erat senex nimis et audiuit omnia
que faciebant filii sui vniuerso isrl
et quomodo dormiebant cum mulie
ribus que obseruabant ad hostium
tabernaculi et dixit eis. quare facis
tis res huiusmodi quas ego audio
res pessimas ab omni plo.
Nolite filii mei. non enim est bona
fama quam ego audio ut transgredi
faciatis plebem domini. Si peccaue
rit vir in virum placari ei potest
deus. Si autem in dominum peccauerit
vir quis orauerit pro eo et non
audierunt vocem patris sui quia
voluit deus occidere eos. Puer ad
samuel proficiebat atque crescebat
et placebat tam deo quam hominibus.
Venit autem vir dei ad heli et ait ei
hec dicit dominus deus. Numquid
non apte reuelatus sum domui
patris tui cum esset in egypto in
domo pharaonis. et elegi eum ex
omnibus tribubus isrl. vnctum in
sacerdotem ut ascenderet ad altare
meum et adoleret incen
sum et portaret ephod coram me
Dedi domui patris tui omnia de
sacrificiis filiorum isrl. quare calce
abiecistis victimam meam et mu
nera mea que precepi ut offerrentur
in templo meo. et magis honorasti
filios tuos quam me ut comederent
primitias omnis sacrificii isrl pli
mei. propter hoc dominus deus isrl.
Loquens locutus sum. ut domus
tua et domus patris tui ministraret
in conspectu meo usque in sempiter
num. Nunc autem dicit dominus.
absit hoc a me. Sed quicumque ho
norificauerit me glificabo eos. qui
autem contempserit me erunt igno
biles. Ecce dies veniunt et precidam
brachium tuum et brachium domus
patris tui ut non sit senex in do
mo tua omnibus diebus. Veri
tamen non auferam penitus vir
ex te a altari meo. Sed ut deficiant
oculi tui et tabescat anima
tua et pars magna domus tue
morietur cum adulescentes
pueri. Hoc autem erit tibi signum
quod venturum est duobus filiis
tuis ofni et finees in die vna mo
rientur ambo. et suscitabo mihi sa
cerdotem iuxta cor meum et animam
meam faciet. Et edificabo ei domum
fidelem et ambulabit coram xpo
meo cunctis diebus. futurum est
autem ut quicumque remanserit in
domo tua veniat et ut oretur pro
eo et offerat nummum et torteam pa
nis.

158